

P V I S

1 6 1 8

- I. Conradi Ritteri susū Paraphrasis Psalmi AC nuptiis lic.  
 II. Bermanni paraphrasis Palmeri Statuor, 121. 91. 125. 124.  
 III. Bermanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 63.  
 IV. Bermanni paraphrasis Psalmis 68.  
 V. Bermanni Epiphempsion Psalmorum 91. 97.  
 VI. Bermanni Psalmi 104. 6. 19. XXIX. Ecclesiasticus Johanni Ernesto.  
 VII. Poletani Paraphrasis Promethei Tunc cipi Abbatino & Alboito Voito dictus.  
 VIII. Mundorpis paraphrasis Tunc.  
 IX. M. Iacobi Gregorii Jonas.  
 X. Zozimus Fabri de Nativitate Christi.  
 XI. M. Theodori de Nativitate Christi.  
 XII. Wittenbergi Ode de Redencionis Operae.  
 XIII. Opus de Pectore Christi ad Inferos.  
 XIV. Dornarii Heptastimulanae Resurrectionis.  
 XV. Stentorii ubiq impudentissimis.  
 XVI. Trautmanni in studio puro Luterano.  
 XVII. Praetori Esti Germaniae ad Electores.  
 XVIII. Moiti ecclesia ad Christianum Pr. habuit.  
 XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Fr. Am.  
 XX. Henrici ab Ercen ad Mauriciu.  
 XXI. Abrahami Cremoni ad Electorem Brand.  
 XXII. M. Amelingi statulae in Nata len.  
 Rudolphi Principis Anhaltin.  
 XXIII. Moiti in Nuptiis Rudolphi Pr. inf.  
 XXIV. Bermanni Ecloga Rodolphus.  
 XXV. Browni Nuptiis datis Rudolphi Pr.  
 XXVI. Wenzel et M. Jene Nuptiis eiusdem.  
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a  
D. Maiore habita.
- XXIX. Ecclesiasticus Johanni Ernesto.  
 XXX. Angelii ad Barinem de Wechinitz.  
 XXXI. Memorie Damocli Dieboldii.  
 XXXII. Abramini Cremoni de Redemptione Propheta.  
 XXXIII. Prophecia Fuscili et Cremoni dicta.  
 XXXIV. M. Vietori, cum renunciaretp Rector.  
 XXXV. Ode Sapphia in Doctores Honoratus  
Fuscili &  
 XXXVI. In Magisteriu Honore Joh. Crat.  
 XXXVII. Hermanni in honorem Magister  
zu Oppensir XX juvenum.  
 XXXVIII. M. Roberti in Magisterium Haberlandi.  
 XXXIX. In Magisteriu Coppenii  
Bethmanni Herdesiani.  
 XL. Christiani Lipsiori.  
 XLII. Abramini Theopoldi.  
 XLIII. M. Coppenii Gratianu. f. Ricardus Magister  
 XLIV. De dignitate Consulari Tresorer.  
 XLV. De dignitate Notariatus Gelani.  
 XLVI. Apocrorum Politorum signula.  
 XLVII. Nuptiis Petri a Zena.  
 XLVIII. ... Puschneri.  
 XLIX. ... Richardi.  
 L. Wolfgangi Hanen.

Ec. II

XII  
Ode

*Cl. 4108.*

Dic olos Tetra strophos, totum re= demtionis opus, à Christo Seruatōre nostro hu= mano generi præstitum, breuiter com= plectens,

AD

*VIRVM GENERIS SPLENDORE, DOCTRINAE AC VIRTUTVM CLARI tate amplissimum, CHRISTOPHORVM AB HOIM in Ermbsleben, Conradsburg, VVegeleben, Driesig, &c. Primatus Halberstadiensis per petuum Camerarium*

• 6 •

ILLVSTRISS. PRINCIPIS  
AC DOMINI DN. IOACHIMI ERNESTI  
Principis Anhaldini, Comitis Ascaniæ, Domini in  
Bernburg, & Seruesto &c. Consiliarium intimum ac  
præcipuum, Dn. ac promotorem  
suum obseruandum

SCRIPTA

A BALDASARE VVALTHERO IVN. s.

S E R V E S T A E

Bonauentura Faber excudebat.

ANNO M. D. LXXXV.



550

Diclos Tisifolios

demnoscens e Ch

monum. p

550

NIRN. GEMERIT

la. dogmatis. sic

late. apud. Celsus.

in. Eusebius. Complut.

et. Eccl. Prim. Hesychius.

et. Genesius.

550

F. V. T. F. H.

la. dogmatis. sic

late. apud. Celsus.

in. Eusebius. Complut.

et. Eccl. Prim. Hesychius.

et. Genesius.

A. S. D. A. S. A.



# Ode Dicoloſ Tetraſtrophos.



*Am fatus Zephyri frigora mi-  
tigant:  
Jam Sol ſplendidior gramina  
prolicit:  
Jam mulcent volucres aëra vo-  
culis:*

*Et ver purpureum nitet.*

*Sic victore necis, tartara qui potens  
Euerit, redeunte, omnia gaudium  
Teſtantur, prius, heu qua tetricoſitu  
Plägebant Domini necem.*

*Haud late poterant cernere condita  
Res, quod ſuſciperet ſoluere, mutuo  
Non ſumtu, Sator & conditor omnium  
Mudi machina qua capit.*

*Nam norant hominum labe genus premi,  
Quod blanda Sathanas voce ſefellerat,  
Nec reſtare nōgoſ sufficiens grauem*

*Iram quod minuat Dei.*

*Hinc nos nigrareos clauſtra prebenderat,  
Hinc omnes aditus ad ſuperum domos  
Clausi: ſed tenerum, mors, animum mouet*

*Æqua & ſoboli Patris:*

*A 2*

*Psalm. 69.*

*Vt*

*Vt Patrem precibus supplicibus roget  
Ne totum genus intercidat improbi  
Serpentis fremitu, Quippe animam suam  
Vltro se dare victimam.*

*Applaudit pietas atq; benignitas,  
Verus sed renuit iustitiae rigor:  
At tandem fauore est partibus à reis:  
Tantum Filius obtinet.*

*Ioh. 4*  
*Hinc dilectio lucet vehemens Dei,  
Qui non parcere Nato cupit unico,  
Sed transfert in eum quicquid erat mali,  
Ut sit conciliatio.*

*Ioh. 15.*  
*Sic qui principij nescius est Deus,  
Verus, sponte sua, factus homo, subit  
Immensi sceleris pondera, sustinens  
Solus, quod fuit omnium:*

*Iohan. 1.*  
*Et monstrat via qua ducat ad aethera:  
Sed non excipiunt in proprijs eum:  
At duri Dominum tradere gloria  
In mortem properat crucis.*

*Esa. 43.*  
*Sic nos innocuum fecimus improbi  
Seruire, atq; dolorum fuimus caput,  
Quos nouit melius pro sapientia,  
Et sensit grauius malum.*

*Quis*

*Quis, cedo, est ab Edom qui veniens gerit  
Vestes coccineas? R. En ego sum loquens  
Diam iustitiam, sum quoq<sup>z</sup> maxima  
Humani generis salus.*

Esa. 63.

*Indumenta tibi cur rubicunda sunt?  
Torcular pedibus sedulus ut suis  
Qui calcat: R. Nimium grandia pertuli  
Nec quis de populis fuit,  
Calcanti mihi qui, suppetias, grane  
Torcular, potuit ferre: Meum liquet  
Cor, ceu cera solet, deficiunt mei*

Psalm. 22.

*Expectando oculi Deum.*

*Vis ira vehemens, & tremor obrutum  
Terroresq<sup>z</sup> tui concutiunt caput.  
Quin tecum comedens tradere basio*

Psal. 88.

Psal. 41.

*Mernet non timet hostibus:*

*Vt quod blandicijs Pluto suis ferox  
Inuexit, penitus sic scelus eluam.  
Constringor grauiter, criminis ut reis  
Collo vincula detraham.*

*Auulso homines, deseror, ut Deo  
Rursus conciliem. Te grauibus malis  
Quò possim Sathanæ reddere liberum,  
Tot lədunt colaphi caput.*

2. Cor. 12.

*A 3 Damna-*

Damnatus taceo, legis ut abrogem  
Damnantis stimulos. Ludor ego, cani  
Insultetis ut Orci. Quoq<sup>z</sup> conspuor  
Vos ut sordibus abluam.

Esa. 53. Mc Iudex alienus capit is reum  
Proclamat, peregrinum, Dominus iugum  
Vt frangam. Patior flagra, mea leuem  
Vt vibice tuum malum.

Gen. 3. Incedo redimitus mea tempora  
Spinis, ut maledicto releuem solum,  
Apoc. 2. Immarcescibilem demq<sup>z</sup> coronam ijs,  
Qui fidi comites erunt.

I. Pet. 2. Et ligno crucis affigor, ut expiem  
Ioh. 13. De ligno comedentis meritam necem.  
Expandoq<sup>z</sup> manus, mitis ut attraham,  
Et cœlo reduces locem.

Psalm. 8. Vita functus item perfodior latus,  
Vt soluam lateris costa quod egerat,  
Et sicut Pelicanus, violauerat  
Quos ictu, reuocē, Draco.

Ad sanctos aditus quòd pateant via  
Vobis, rupta docent vela. Licet minor  
Sim paulisper, & abiectior Angelis,  
Non victus tamen occido.

Natura

Natura sed ego sum gemina Gigas,  
Qui ponens animam, iungere fædere  
Possum perpetuo: Namq; pedes mihi  
Serpens, non caput attigit.

Ioh. 10.

Sic tendo Stygios victor ad ordines,  
Excindens Domini in nomine perfidos  
Umbrarum Satrapas: sic caput horridum  
Hostis, vi propriatero.

Psalm. 118.

Sic vinc̄tos redimo sanguinis in mei  
Sancto fædere de sulphureo lacu:  
Sic chirographa sunt cassa, nec amplius  
Uos urget maledictio.

Zach. 9.

Sic mors mortis ego: Sic animam manu  
Victrici repetot turturis, Et meos  
Fratres efficio vos, quibus est salus  
Cordi, quos sceleris pudet.

Ose. 13.

Sic vos sanctifico, sic sacra munera  
Flatus contribuo, rebus in asperis  
Qui solamen erit: sic caput effero,  
Totum perficiens opus.

Ioh. 20.

Ebr. 13.

Iohan. 20.

Psalm. 110.

1. Cor. 15.

Sic vexilla gerens, præuius ad Patrem,  
Ut postliminio vos reduces manu  
Gaudens excipiam, tendo: cuilibet  
Dum iudex dabo debitum.

Iohan. 14.

Hac

Hac est nostra salus atq; redemptio.  
Ast hic , qui valeat Christus ad inferos  
Se conferre locos , spiritibus iugum  
Imponens , dubium venit?

Nam tradens animam , de cruce soluitur,  
In dextra patris hac , intumulo iacet  
Corpus , se quoq; non separat hinc λόγος:

Nec fallit sacra pagina.

Hoc qui discutiat , nullus erit reor,  
Ceu nullum reperis , sufficientibus  
Dictis , qui probet , ut sit Deus Optimus  
Verè trinus & unicus.

O miranda Dei munera , quæ fide  
Nos sola decet apprendere , maxima  
O Nati pietas , o miseratio  
Quæ nos conciliat Patri.

Horto Rex Erebi surgit , ut eximat  
Quod cœpit paradiſo scelus , Angelum  
Et stricto gladio limen olympicum  
Qui seruabat , ut arceat.

Vt primò mulier commeruit necem :  
Sic primò mulier viuere Magdalis  
Victorem necis annunciat , admonens  
Quod nos respiciat salus.

Quin

Quin vestigia monstrat, quibus eruti  
Clavi, ne dubitet quis, prius an nouum  
Sit corpus? Mariam tangere se vetat,

Matth. 28.

Ac si talibus instruat:  
Non post hac poteris me, soror, alloqui,  
Conspectuue frui visibili: mei  
Ac vestri solum nam repeto Patris,  
Quod linquens petij solum.

Iohann. 20.

Ist hic perpetui munera gaudij  
Per me parta feres, cum reliquis, meum  
Qui vera meritum suscipiunt fide,  
Quos fratres statuo meos.

Sic cælum capit, & nunc regit omnia,  
Captiuos trahit, victor ut inclitus  
Vmbrarūm proceres, atq; locat polo  
Istius socios via.

Psalm. 68.

Ephes. 4.

Psalm. 24.

Vectes sidere arumpite ianua,  
Vt Rex introeat, plaudite cælites,  
Nam Dux obtinuit prælia fortior,  
En vexilla manu gerit.

Ephes. 4.

En Rex ingreditur, cuncta quod impleat  
In cunctis: Etenim non minor est ei  
Ad dextram residenti Patris, à pijs,  
Ac præstandus honor Patri.

Aet

Matth 28.

Ast ad magnificam sessio dexteram  
Non astringit eum, cœu cauea, loco  
Inclusum, Quia se, dum ferimus crucem,  
Nobiscum fore prædicat.

Augustinus  
ad Darda-  
num cap. 2.

Quin cœu per spacium, mole sua, loci  
Non diffusus, ut in dimidio, illius  
Sit pars dimidia, & pars sit in altero,  
Et sic totus in integro.

Sed solo Deus est totus ut in polo  
In soloq; Solo, totus & in polo  
In tellure etiam totus & unicus,  
Nec contentus item loco:

In se totus at est ipso, ubi cunq; is est:  
Sic quocunq; loco corpus erit, pij  
Totum non dubitant asserere, illius

Qui verus Deus ac homo est.

Acto. 2.

Qui nunc dona bonus distribuit suis,  
Et conuersa regit pectora Spiritu  
Sacrato, veniens donec ut arbiter

Cuius præmia diuidet.

Acto. 1.

O qui morte tua mitis in integrum  
Lapsos restituis, da memorituum  
Ut semper meritum pectore prædicem,  
Ac in morte mihi applicem.

FINIS.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-216857-p0014-8

DFG

Id 4212. 8°

ULB Halle

002 391 589

3



SB

D

McC.  
VDM



**Farbkarte #13**

*B.I.G.*



XII  
Ode *C. H. Jost.*  
**Dicoloſ Tetraſtrophos, totum re-**  
demtionis opus, à Christo Seruatore nostro hu-  
mano generi præſtitum, breuiter com-  
plectens,

*AD*

**VIRVM GENERIS SPLENDÖ-**  
RE, DOCTRINAE AC VIRTVTVM CLARI-  
tate amplissimum, CHRISTOPHORVM AB HOIM  
in Ermbsleben, Conradsburg, VVegeleben, Drie-  
ſig, &c. Primatus Halberſtadiensis per-  
petuum Camerarium



**ILLVSTRISS. PRINCIPIS**  
AC DOMINI DN. IOACHIMI ERNESTI  
Principis Anhaldini, Comitis Ascaniæ, Domini in  
Bernburg, & Seruesto &c. Consiliarium intimum ac  
præcipuum, Dn. ac promotorem  
ſuum obſeruandum

*SCRIPTA*

A BALDASARE VVALTHERO IVN. S.

*S E R V E S T A E*  
*Bonauentura Faber excudebat.*

*ANNO M. D. LXXXV.*

